


EMBLEMA LXXV.

Vipera Tiberij.

LXXV.

*Non semper gratia Regum.
Servat magna malos.*

Lethalem Cæsar nutrire Tiberius anguem
Sueverat, & propria pascere sæpè manu;
Vipera fœda fuit, diro metuenda veneno,
Et nusquam tuto vivere digna loco,
Sed quia ab Augustâ sumebat pabula dextrâ,
Parsque voluptates Cæsaris inter erat,
Reptabat totam nullo lædente per aulam,
Cæsareoque diu tuta favore fuit.
Sed non euasit dignum se noxia fatum
Bestia, formicis denique facta cibis;

E

Namque